



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Sacrorvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis, Et Breviarii Romani.

In quibus origo cuiusque Ritus, causae historicae, vel mysticae, ex
maiorum ingenio, Theoria, Praxis, obligatio, & exquisitus vsus, additis
opportune Decretis omnibus S. Rituum Congreg. quàm breuissimè
explicantur.

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1647

De Festis SS. mense Ianuario. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9521

addita Homilia ab eodem. Oratio Secreta & Postcommunio, discordant à citato Sacramentario Romæ edito: non autem à Codice Pameliano.

15. Eusebij Vercell. Ordinatio. nam obiit Kal. Augusti, & quia tunc fit commemoratio SS. Machab. Clem. VIII. assignavit hanc diem, Ioan. Stephano Ferrerio Episcopo Vercellenfi procurante. Sanct. Ambros. habuit duos sermones in eius laudem.

20. 21. De Vigilia, & Festo Sancti Thomæ Apostoli eadem, quæ diximus de sancto Andrea Apostolo. officium à Gelasio, ex Schulting. Oratio prima, & Secreta Missæ in Sacram. Gregor. Si Vigilia incidat in Feriam quatuor Temporibus, in Missa de quatuor Temporibus, fit commemoratio Vigiliæ: in officio nihil fit de Vigilia. At, cur non dicuntur duæ Missæ, de Temporibus, & de Vigilia? quia ambæ dicendæ forent post Nonam, nulla Hora mediante inter eas: quod non conuenire docuimus Tomo 1. par. 1. tit. 7. n. 2. pag. 12. Si Festum S. Thomæ sit titulus Ecclesiæ, & occurrat in Dominic. quarta Aduentus, tunc in Sabbato dici debent Antiphonæ ad Laudes Domin. quartæ cum Antiphona; *expectetur*, & in Feria secunda Antiphonæ eiusdem Feriæ; quia octaua non fit amplius, & Rubrica præcepit in Sabbato eas dici, quæ occurrunt in ipso die S. Thomæ, si non transferuntur.

25. Anastasiæ. in Sacramentario, & Append. Greg. & non fit de ea, nisi in secunda Missa Natiuitatis.

De SS. Stephano, Ioanne, & innocentijs, vide supra *Sett. 6. cap. 6. pag. 91. & seq.*

29. Thomæ Cantuar. Calendarium Cisterciense editum Diuione An. 1617. tradit, obiisse die 25. Decemb. iisque diebus impeditis fieri Festum hac die. Ciaconius in Alex. III. scribit in Festo Innocentium ad aram fuisse percussum, sed Breuiar. Rom. die 29. occubuisse tradit, cui Magis est credendum. Festum circa Anno 1200. fuisse institutum scribit Continuator Sigeberti. Semidupl. in D. Barth. Gauant. Tom. II.

Breuiario M. S. auctor officij creditur Alex. III. à Schultin. Pius V. addidit Homiliam.

31. Siluestri in Sacram. S. Gregorij. Semidupl. in Breu. 1550. Duplex à Pio V. officium S. Gregorio, ex Cornel. Schultingio. habetur officium Missæ in cit. Sacrament. & in citato Antiphonario. in Comite S. Hieron. erat Euang. *Vigilate*.

De Festis Sanctorum Mense Ianuario Cap. III.

DE OCTAUIS SS. Stephani, Ioan. & Innoc. diximus supra. *Sett. 6. cap. 6. pag. 92.*

5. Thelesphori. in Append. Greg. restituitque Festum Clem. VIII. vel potius instituit commemorationem.

11. Hygini in dicta Appendice Greg. Simplex in Breu. 1550.

14. Hylarij. in Appendice Gregor. Semid. à Pio V. qui & officium addidit. erat enim Simplex 1550. si Festum hoc transferatur. Versus erit: *Iustum deduxit, &c.* quia cessat ratio mutationis in concursu aliorum duorum Confessorum. Vbi vero est primæ Classis, diuidatur octaua Lectio in duas. In Hymno, *Iste Confessor*, mutatur tertius versus, vt in Breu. quæ mutatio fit etiam in sequenti Festo; quia ambo obiere extra hos dies: Hilarius, die 13. Paulus, die 10. Ianuarij.

Felicitis in Pincis. in Comite S. Hieron. & in Sacrament. Greg. Simplex in Breu. M. S. officium à Paulino Nolano, ex Schult. Vbi fit de eo Festum 9. Lectio dicitur VIII. Respons. *Domine præuenisti*. quia non fuso sanguine mortuus est. Si sequens Festum transferatur, non mutantur Antiphonæ, & Versus pro S. Mauro; sed dicuntur, vt in communi, ita in Breuiario Urbano.

15. Pauli primi Eremitæ. in Append. Gregor. Simplex in Breu. 1550. Semidupl. à Pio V. cum officio.

Mauri Abb. in Missal. Vatic. vol. 4743. apud Teuton. ex Radulph. *proposit. 17.* Simplex in Breu. 1550. Lectio eiusdem Clem. VIII.

H

16. Mar-

16. Marcelli, in Comite S. Hieron. in Sacrament. S. Gregorij. Semid. à Greg. VII. ex Microl. 43. officium à Gregor. I. ibidem Microl.

17. Antonij Abbatis ante annos 1200. ex actis S. Euthimij, vt Bar. ait in Martyrol. In Appendice Greg. reperitur. Simplex in M. S. Breu. Semidup. 1550. Duplex à Pio V. qui addidit Homiliam.

18. Cathedræ Petri Rom. S. August. duos habuit sermones. Beda meminit. Baronius deducit ex Append. Gregor. Restituit Paulus I V. 1558. à quo ritus Duplex: officium autem desumptum est ab Antiochena Cathedra; quod est Gregorianum, ex Schult. Addidit Clem. VIII. quod sit Duplex maius, & Homiliam S. Hilarij.

Prisca, in Sacr. Gregor.

19. Marij, Marthæ, &c. in Append. Greg. Simplex in Breu. M. S. & 1550.

20. Fabiani, & Sebastiani. S. August. *ser. 100. de diuersis*, agit de S. Sebast. uterque in Comite S. Hier. & Sacram. Greg. Semidup. 1550. Duplex. à Pio V. addita Homilia. officium est Gregorianum.

21. Agnetis. eius Festum celebrans Ambrosius incepit libros de Virgin. Habetur in Comite Hieron. & Sacrament. Gregorij. Semidup. apud Dur. & in Breu. 1550. Duplex à Pio V. officium à S. Ambrosio ex Schult. Pius V. addidit Homiliam; Lectiones secundi Nocturni, quæ sunt S. Ambrosij, iussit legi Clem. VIII. ob eius autem fortitudinem egregiam, tam in Matutino, quam in secundis Vesperis, dicuntur Psalmi de communi Virorum Sanctorum; idemq; dicendi sunt in primis Vesp. in prop. Ecclesia, sicuti dicuntur in Festo S. Agathæ, Mendum aliqui putant esse in textu Lect. 4. editionis Vaticanæ, sub Clem. VIII. in ijs verbis: *Natalis est S. Agnes: quæ habentur in textu S. Ambrosij: at in casu genitio, Agnes, erat in vsu apud SS. Patres; & apud S. Hieronymum quoque: cuius verba in Martyrologio Rom. sunt: Agnes vita laudata est. utroque igitur modo potest legi, Agnes, & Agnetis.*

22. Vincentij & Anastasij. de primo

Aug. habuit sermones duos, adest etiam in Sacram. & Antiph. Gregor. sed Pamela negat officium Missæ à Sancto Gregorio compositum. Vtriusque ritus Simplex in Breu. 1550. Semid. in Breu. M. S. officium à S. Gregor. addidit Homiliam Pius V.

23. Emerentianæ. in Appendice Greg. Simplex in Breu. M. S. & 1550.

24. Timothei. In Missali Vatic. vol. 3808. apud Teutonicos, Radulp. *propofit.* 17. Simplex in Breuiar. 1550. Semidupl. à Clem. VIII. Homilia addita.

25. Conuersionis S. Pauli. Aug. sermonem habuit, in Sacramentario Gregor. & ex generali consuetudine fit: ex Radulp. *propof.* 17. Semiduplex apud Durand. *lib. 7. c. 1.* Duplex, apud Radulp. *loco cit.* Inuitatorium est Hermanni Contracti, ex Schulting. qui & inde argumentatur, eundem esse auctorem totius officij. sed, exceptis Lectionibus, idem est officium, ac Commemorationis, 30. Iunij, quod à S. Gregorio fuisse compositum docet Microl. *c. 42.* quod neque negat Schultingius. Homiliam Bedæ addidit Clem. VIII. & declarauit, esse Duplex maius.

26. Polycarpi Smyrnenfis Ecclesia. statim, ac obiit, Festum indixit, vt ex eiusdem Epistola patet. In Append. Greg. habetur, 1. Februar. Simplex in Breuiar. 1550. Semidupl. à Clem. VIII.

27. Ioannis Chrysostomi, translatio est, ait Menologium, & Martyrologium Rom. nam obiit, 14. Septembris, quod die fit Festum Crucis. In mense Septembris fuit hoc festum celebrari coeptum die 26. anni 427. ex Ciaconio in Celestino, I. seu. ex Batonio ad eundem annum. 20. Habetur ante Festum Crucis in Breu. Vatic. vol. 4751. in Ianuario vero in Missali Vatic. vol. 3808. Simplex in Breu. 1550. Duplex. à Pio Quinto vna cum officio In Hymno, *Iste confessor*, mutatur tertius versus, vt in Breuiario.

28. Agnetis secundo, in Sacramentario Gregoriano: eratque Titulus in Append. Gregoriana, *De Natiuitate Agnetis*, quia nata est hodie, ex Gemma *lib. 3.*

lib. 3. cap. 23. explicat Durandus lib. 7. c. 3. non esse Octauam Festi; sed natiuitatem hoc loco intellige, quod nata est celo; nō autem natalem illius diem in carne; vt notat Pamelius in Sacramentario Greg. tum quia nata est, vt alij, tum quia ex Augustino *Sermone 20. de Sanctis* nullius hominis natiuitatem legitur celebrari post Natalis Domini diem, nisi solius B. Ioannis Baptista; & licet post Augustinum, celebrari coepit fit Natiuitas B. Virginis, & potuerit S. Gregor. Augustino posterior indicare Festum cum titulo *de Natiuitate B. Agnetis*; cum tamen illa B. Virg. vbi que recepta fuerit Festiuitas, vti de Sancta Natiuitate: de Sancta verō Agnete non habeamus, quod fuerit in vtero matris sanctificata; hinc fit probabilius, Festum fieri ob apparitionem eiusdem parentibus, & Constantiæ, vti narratur in Lectione Breuiarij, quæ facta est octaua die, ait Baron. in *Martyrolog.* quare, abrogato dicto titulo, in Calendario dicitur aptius, *Agnetis secundo*. sex Lectiones, & officium, vt in die, habuit in Brev. M. S. & 1550. nunc Simplex à Pio V. officium, & Gregorianum est, sumpta coniectura ex Sacramentario eiusdem à Cornelio Schultingio. Vbi celebratur Octaua S. Agnetis, dicuntur omnia, vt in die, excepta Oratione, Antiphona ad Magn. in primis Vesperis, Lectionibus 1. Noct. de Scriptura occurrente, & Lectione 4. quæ est de S. Agnete secundo; quinta, & sexta de communi Virginum, vel, vt in Octauario Romano. Reliqua, vt in Festo, seu Octauario.

30. Martine Virg. & Mart. Officium ritu semid. composuit, & Clero indixit recitandum Urbanus VIII. anno 1635. In Martyrologio legatur de ea primo loco.

De Festis Sanctorum mense Februario. Cap. IV.

Ignatij. extat sermo S. Ioan. Chrysof. Manuel meminit tit. de *Feris*. Appendix Sacramentar. Gregoriani habet Festum in Decembri, sed in Breuiario Vaticano *vol. 4751.* in Februarij primo. Lectiones 9. habebat in Breuiario

impresso 1521. & 1550. Homiliam addidit Pius V. & Lectiones secundi Nocturni.

2. De Purificationis Beatæ Virginis Festo, vide, quæ diximus in primo Tomo Duplex apud Duran. *loco cit.* officium habetur in Ordine Romano. Pius V. addidit primas Lectiones de Scriptura. Nota, quatuor esse solemniores B. Virginis Festiuitates, Purificationem in Hyeme, Annunciationem in Vere, Assumptionem in Æstate, Natiuitatem in Autumno, si occurrat hoc Festum in Dominicis priuilegiatis, transfertur in Fer. 2. ex Decreto Clem. VI.

3. Blasij in Appendice Gregorianâ. Simplex in Brev. 1550. erat Semidup. in Brev. 1521. nunc Simplex à Pio V. Gemma lib. 3. c. 25. meminit cum luminâ vsu. An forte ad signandum guttur, quod in Prouincia Mediolanensi adhuc est in vsu cum candelis accensis pridie benedictis.

4. Agathæ. in Antiphonario; & Sacramentario Gregorian. sed post Gregorium, ait Pamelius in *Antiphonario eiusdem*, & ex Radulph. *proposit. 17.* de consuet. generali. semidup. apud Durand. & Radulph. *loc. citatis.* mutauit Homiliam Pius V. cum Euangelio; & ob eius præclara merita dicuntur Psalmi in toto officio de Communi Sanctorum Virorum.

6. Dorotheæ. in Appendice Gregorianâ. Simplex in Brev. M. S. & 1550. Hymnus eius extat in Breuiario Toletano.

7. Romualdi. Clemens VIII. 9. Iulij 1595. Semid. ritu, vna cum officio, Breuiario apposuit, qua die fuit translatum eius corpus Fabianum in Piceno, ex Baron. in *Martyrologio.* nam obiit die 19. Iunij impedita Festo SS. Geruasij, & Prorsij; quotum Missa non erat expungenda de Missali quæ habet Introitum proprium (vti dicemus suo loco) vt eius vice poneretur Missa S. Romualdi cum sola commemoratione SS. Martyrum, & ideo in Hymno, *Iste confessor*, mutatur tertius versus.

9. Apollonie. in Missali Vatic. *vol. 3808.* Simplex, in Brev. 1550.

14. Valentini in Comite S. Hieronymi